

plorum extructiones, quousque indagari potuerunt, sedulo inquirat, tum reparationes diversis vicibus factas vel post incendia, vel alias temporum injurias; item quomodo pretiosis utensilibus & ceteris ornamentis, vel emtis vel donatis, additus sit templis splendor, &c. Monumenta familiarum nobilium sepulchralia, & cadavera in his condita, recensentur, utpote Ulfvorum in *Euringstad*; Rosenstrålorum, Trollorum, von Schverinorum, & Kaggorum in *Könungsfund*; Rothkirkorum, Kurckorum & Liljehöckorum in *Oeftra-Stenby*, Dominorum de Gottnavik & Wik, Liljorum, Ullsparrorum & Rudbeckorum in *Härads-hammar*.

Tandem catalogus pastorum cujuscunque ecclesiaz, quorum nomina atas nondum obliteravit, inde ab antiquis temporibus exhibetur: quæ omnia, ut prolixiora, quæque generalem patriæ historiam minus illustrant, heic omittuntur.

VIII.

. אורח *Æsrach*.

*Psaln. XXXVII. 35. 'Ανή ἐπὶ χῶματος, Ἐγγε-
νης πολίτης, Indigena.*

Quod dubia luce sæpe accidit, ut fallant oculi, remque unam pro alia videant, vel, ut cæcus ille Marc. VIII. visu nondum plene recepto, videbat τὸς ἀνδρας, ἔτι ὡς δύο: Idipsum post multa secula hunc Davidis locum interpretantibus accidisse arbitror. Nam אורח, quod heic legitur, plerisque aut *cedrus*, aut

aut *laurus* est. Fuere tamen nonnulli, qui *indigenam* hominem hoc loco cernerent. Quos inter est Auctor, quisquis fuit, sextæ editionis Græcæ. Εἶδον, inquit ἵλλε, ἀσέβη καὶ ἀναθή ἀντιπυόμενον ἐν σκληρότητι, καὶ λείοντα, ἐπὶ ὧς αὐτὸς ἔσταν περιπατῶν ἐν δικαιοσύνη, i. e. *Vidi impium, & impudentem, in ferocia sua gloriantem, & dicentem: sum instar indigene, ambulanti in justitia a*. Et R. Sal. כאחר רענן כאחר מאורתי הארץ הנשרשן ומטלוא בנכסתי. *Sicut indigena virens, i. e. sicut unus ex indigenis terre radicatus, & opulentis; itemq; ex recentioribus Thomas Malvenda, & Henr. Hammondus com. in Ps. xxxvii.*

Etenim רענן *Viridis*, non de stirpibus tantum dicitur, sed translate etiam de hominibus opulentis, & omnium bonorum affluentia florentibus, atque lucellu. Ut de Nebucadnezar Dan. IV. 1. אנה נבוכדנצר Ego Nebucadnezar tranquillus eram domi mea, & אנה רענן virens in palatio meo. Eadem metaphora βέλαιος Græcis dicitur b). Sic Ovidius *Metamorph. II. v. 795.*

Tritonida conspiciet arcem,

Ingenis, opibusque, & sella pace virentem.

Et Papinius Statius Theb. I. v. 393:

*Hic sexus melioris inops, sed prole virebat
Feminea.*

Hoc attendisse non videntur, qui, ex sola mentione viroris, arborem omnino hic intelligendam stauerunt. Aben Esra satis rotunde: וְהָיָה כִּי תִּרְאֶה דֶּשֶׁת אֲרָצְךָ Deficit vocabulum arboris, nempe ante אורח. Cui assentiuntur Kimchius, Ben Melech, Concordantiarum auctor, & quicquid fere, præter R. Salomonem, & R. Menahem c), reperitur Hebræorum doctorum. Neque suos contribu-

les

a) Nobil. Not. in Var. Lect. Vers. Græc. p. 98. b) Vid. Steph. Theb. c) Laudatur in Comm. Jarchii ad Ps. 37, v. 35.

BIBLIOGRAPHIA HUNTIANA / Form B — Botanical articles

Author(s)

^P Celsius, Olof

Title

Indigera ~~[vide ueron]~~

Abbreviated reference

~~Acta Lit. Sci. Sveciae 4^([5]): 514-518. 1742 [1739]~~

Acta Lit. Sci. Sveciae 4([5]): 514-518. 1742 [1739]

MLP 37 A

Notes